



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

8 Januarij. 6 Idus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

mereantur) oleum gratiæ & misericordiæ  
 suæ: sed ex illo inexhausto fonte merito-  
 rum, amarissimæ Passionis & mortis suæ  
 impinguet animam meam; quo ditata, tan-  
 quam prudens virgo, introire mereatur  
 ad nuptias sponsi.

Oleum  
 gratiæ  
 DEI.

S. BERNARDUS, serm. 7. in Cant.

Sponsa dicitur illa, quæ amat: amat  
 autem, quæ osculum petit. Non petit  
 libertatem, non mercedem, non here-  
 ditatem; sed osculum: more planè ca-  
 stissimæ sponsæ, ac sacrum spirantis a-  
 morem; nec omnino flammam dissi-  
 mulare valentis, quam patitur.

Vera  
 sponsa  
 quæ?

(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)

8 Januarij. 6 Idus.

B. TORPHIME, à puero illustris fa-  
 mæ sanctimoniam, ac eruditionis:  
 quæ etiam te ex umbra claustrali pro-  
 ductum, in aperto Episcopatus Hu-  
 mariensis theatro collocavit. Ex quo  
 nunc publicis, nunc privatis congressi-  
 bus hæreticorum errores confutasti.  
 Quorum invidiam expulsus in exilium;  
 velut antea egregij Pastoris personam  
 strenuè implevisti; ita in naufragio, e-  
 gesta-

Obijt  
 anno  
 1244.

Hæreti-  
 cos con-  
 futat.

gestate, ac morbis, invictum patientię pugilem te præstitisti. Quas tuas insignes victorias, æterni triumphi laureã in cœlo esse coronatas, indicavit suavissimus odor, qui è sepulchro tuo se effudit; dum sacræ corporis tui exuvię ex humili fossa ad publicam lucem ac venerationem fuerunt eductæ. *Aspira mihi odorem tuarum virtutum. Impetra mihi immobilem in bono perseverantiam, ut inherens petræ cœlestis gratiæ anima mea nunquam patiatur peccati naufragium: sed de portu innoxie conscientiæ transeat ad æternæ salutis felicem portum.*

*Circa ã.  
1300.*

*Apostata con-  
versus.*

*Pœnitentia.*

B. BERNARDE: qui laudabile vitæ religiosæ principium, suadente maligno deserens, atq; ad pestifera mundi flagitia festinans, à Christo Servatore per visum increpitus, ad asceterium redijsti: ibique non solum admirandæ severitatis pœnalia opera, sed & sanctitatis signa edidisti: prodigijs etiam post mortem prodeutibus; quem fructum ex gloriosa pœnitentia reportaveris. *Amaram quidem videtur habere radicem pœnitentiæ arbor: sed tu experimento tuo docuisti, quàm amabiles fructus proferat, si patientia constans ad maturitatem perduret. Excita ergo me, ut te sequar: nõ attendens ad laborem brevissimi temporis, sed mercedem præmij sempiterni.*

S. BER.

S. BERNARDUS, ser. I. de diversis.

Quòd si usqueadeo regnat in te peccatum: imò usqueadeo delectat te servire peccato; ut doleas, tibi modicum tempus esse, quo servias ei: sed eousq; latam diligis viam; ut omnimodis optes, si possis, eam facere longam: velis nolis, non longè est finis ejus: sed tu, fateor, longè es à regno Dei; & firmissimum pepigisse videris cum morte fœdus, pactum cum inferno.

Peccatoris impenitentis periculum.

(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)

9 Januarij. 5 Idus.

B. PETRE, Caduini monasterij in Aquitania monache, omnibus singulariter chare & venerabilis. Cùm enim in te esses rigidissimus; in cæteros lenitatis & mansuetudinis (velut sol quidam terrestris) amabiles radios effundebas. In choro pietatem; in mensa sobrietatem; silentium ubique; nulli non animi demissionem colebas.

Floruit circa annum 1218.

Icon veri Religi.

Ejusdem Caduini Religiose, B. RADOLPHE, postmodùm Godonij Abbas, itidem multis virtutibus clare.

Juvate uterque infirmitatem meam vestra inter-

inter-